

Erkenbaldus.

Erkenbaldus archiepiscopus, Fuldensis abbas, annos 10 tempore Heinrici claudi. Hoc tempore floruit sanctus Heribertus Coloniensis archiepiscopus. *Ille Erkenbaldus construxit claustrum beate Marie in Campis*¹.

Aribo.

Aribo archiepiscopus annos 10 mensibus 6, tempore Conradi secundi.

Bardo.

Sanctus Bardo archiepiscopus annos 20 tempore Conradi et filii eius Heinrici. Hic monasterium sancti Martini, quod episcopus Willegisus primus cepit edificare, consummavit et sexto anno episcopatus sui consecravit in honore sancti Martini cum multis episcopis venerabilibus viris presente Conrado imperatore². *Hic montem sancti Iacobi construxit*.

Lypoldus³.

Lypoldus archiepiscopus annos 8 menses 4 tempore Heinrici Augusti tertii huius nominis, *qui montem sancti Iacobi construxit*⁴, *in quo est sepultus*. Obiit anno 1058.

Sifridus.

Sifridus archiepiscopus annos 25 tempore Heinrici quarti imperatoris. Qui⁵ oracionis causa ad Sanctum Iacobum pergens, cum Cluniacum devenisset, intrans claustrum respuit seculum; sed cum mercenarii episcopatum Maguntinum precio comparare vellent, Sifridus inobediencia sancti Benedicti quam abbati fecerat⁶, violenter compulsus, ad episcopatum suum rediit. *Hic claustrum sancte Marie ad gradus Magonie construxit et in Thuringia claustrum Hassungen nigrorum monachorum ubi sepultus requiescit*. Tempore⁷ eius quidam nomine Karolus episcopatum Constancie civitatis symoniace id est precio comparavit ab imperatore Heinrico quarto. Tunc Sifridus episcopus in conventiculo episcoporum et abbatum convictum⁸ Moguncie coram imperatore deposuit, qui post annum obiit. Hoc⁹ tempore floruit sanctus Anno Coloniensis archiepiscopus, qui *nobile claustrum Syberg fundavit cum aliis quatuor et multis bonis locupletavit*. Hoc¹⁰ eciam tempore sanctus Cuno Treverensis archiepiscopus martyrizatus est in deserto loco a comite Theoderico, et sepultus est Doleya, ubi per illum Dominus multa signa tunc temporis fecit. Obiit anno 1084.

Wetzelinus.

Wetzelinus archiepiscopus annis 5 tempore Heinrici quarti. Hoc¹¹ tempore sanctus Nicolaus translatus est de Mirrea trans mare. Ivo Carnotensis claruit. *Ille Wentzelinus fuit egregius predicator*. Obiit anno 1088.

Ruckhardus.

Ruckardus archiepiscopus annis 20. 18^o 12 episcopatus sui anno regnavit Heinricus quintus¹² imperator. Octavo anno episcopatus sui fuit expeditio Iherosolimitana sub duce Gotdefrido. Obiit anno 1108.

Albertus.

Albertus archiepiscopus senior annis 30, tercio anno Heinrici V. post

1) Die Bemerkung fehlt im cod. Eb. hier, steht aber am Rand bei Siegfried. 2) Aus Ann. S. Dis. 1037. 3) 'Lynoldus' Hs. 4) 'consummavit' cod. Eberb. 5) Aus Ann. S. Dis. 1072. 6) Cod. Eb. zweimal 'fuerat' sinnlos. Succ. 'debebat', Ann. Dis. 'deberet'. 7) Ann. S. Dis. 1071. 8) Das nothwendige Wort fehlt im cod. Eb. 9) Ann. S. Dis. 1077. 10) Ann. S. Dis. 1063. 11) Ann. S. Dis. 1087. 12) 'annis XXXVIII.' Hs. Cod. Eberb. richtig. Hier ist also der Mainzer Cod. schlechter. Der Abschreiber hat gedankenlos gelesen und copiert. 13) 'resignavit Heinricus IIII.' cod. Eberb. Mit 'regnavit' wird der Antritt der neuen Regierung bezeichnet.